



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

3. De confirmatione in gratia, sententia nostra.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

Aliaz reddatur certamine tertio ostendimus: quare nostri Vasquez, & Christophori de Vega fundamenta evanescunt: sed Balchazar. Aliaz pro eadem sententia arguebat à paritate diplomatis confirmationis beneficii, quo & ius percipiendi fructus beneficii affertur beneficiario, & iuris illius perpetuitas, nisi vocetur paritate ad confirmationem prædestinati in gratia per revelationem prædestinationis & perseverantiae in gratia non habet, etenim confirmatio beneficii ius ipsum perpetuum percipiendi fructus, & impotentiam amovendi à iure illo beneficiatum, quæ ante illam non habebat affert beneficiario, reuelatio autem prædestinationis, & perseverantiae in gratia prædestinatione ipsa inclusa, & inducta prædestinat eas prædestinato, nec affert nec auget: sicuti nec beneficiario iam confirmato reuelatio, & ex ea ortum in eo iudicium, quasi reflexum de sua confirmatione, & iure per illam sibi quæsitio perpetuo firmus ipsi beneficium illud, & ius perpetuum percipiendi fructus minime faceret.

4. Soarez 2. 3. de gratia libro 10. capite 8. cum in aliorum sententiis non quiescat tandem numero 27. confirmationem in gratia à dono perseverantiae in illa nolentem differe censuit: id quod probat ex capite 2. ad Thessalon. & Plalm 36. ac 62. atque aliis scripturæ locis, quibus confirmare tantumdem valere, ac perseverantiam tribuere. Secundo: quia sanctus Augustinus confirmationem in gratia, cum perseverantia dono ubique confudit: cum tamen dona gratia diligentissime dividat: immo capite 11. & 12. dividens adiutorium quod datur homini posse perseverare si velit, & aliud, quod datur ut velit, & perseveret: atque hoc promissum esse Apostoli Ioan. 15. ubi fructum suorum permanentia promittitur, datique cunctis, quibus, ut in bono perseverantissime stent à Deo donatur, ultra quod nihil confirmatio in gratia continet, & quicquid sanctus Thomas questione 24. de veritate articulo 9. de confirmatione in gratia docet dono perseverantiae convenire: & quicquid Salmeron noster præambulis notationibus ad epistolam Pauli, parte secunda, d. 14. & 15. de confirmatione in gratia, & perseverantia dono summa eruditione congestit indifferenter, ac mutuo utrique dono conveniunt: quoniam vero id contra statim apud sacros interpretes sententiam de aduentu Spiritus Sancti in Apostolos eos induendo virgine, & in gratia confirmando, & contra omnes Theologos utrumque donum distinguentes (ut constat ex Sancto Thoma, prima parte, questione 100. articulo secundo ad 1. aiente confirmationem in gratia non fieri necessario per confirmationem in illa, & questione 25. de veritate articulo 8. dicente confirmationem viatoribus fieri per eorum à bono immobilitatem moralem seu valde difficilem mobilitatem, ad malum) esse Soarez vidit, concludit numero 29. §. Sed licet, accidentiæ confirmationis in gratia donum à dono perseverantiae distinguat, ut gratia intensior à remissiore: ut scilicet donum perseverantiae constans maiori auxiliorum copia, & pro occasione cunctis, quæ maiore excellentia, & facilitate (utque subiectiva) contra maiores tentationes, & spirituales pugnas, in bono quis steter, & resistat malo, donum confirmationis in gratia sit, perseverantia vero, si minori copia auxiliorum, & ceteris, iuxta ab ipso dicta prima parte, libro tertio, de prædestinatione capite 10. §. Dicere ergo possumus, & quidem sententia hæc verum habere possit, si ipse auxiliorum nomine habitus potenter inclinantes ad actus quibus peritiam in iustitia est contra omnia, quæ illam atque in illa perseverantiam quoquo modo impugnent, verum hos habitus auxiliorum nomine non intelligit: immo vero illos ad confirmationem in gratia minime pertinere arbitrat: quare verum non habet: quia confirmatio in gratia habituale quid, & permanens donum est, auxiliorum vero copia actuale quid, & transiens, nec simul pro occasione omni, sed diuini, & successus pro unaquaque occasione donatum.

5. Ledesma de auxil. quæst. unica princ. art. 5. ad confirmationem argumenti 6. confirmationis in gratia adiutamentum supra perseverantia donum in maiore perfectione gratia habitualis, quæ gratia consummata Bea-

torum patrie sic simillima: in quo autem ea quam maxima similitudo stet, nec percipitur, neque ab ipso explicatur, nisi in impotentia absoluta peccandi, mortaliter, quam viatoribus confirmatis in gratia, sicut & Beatis ibi, ut vidimus supra, concedit. Porro Ferrara 3. contra gent. capite 70. sine in maiori perfectione, siue intensiva, siue individuali gratia habitualis confirmationem prior posuerat, sed quam maximam eius similitudinem gratia consummata Beatorum non admittit: addit vero ad confirmationis eius complementum Dei etiam erga confirmatum protectionem. Ferraram sequitur omnino Medina: verum Dei protectio externa per amotionem eorum, quibus perseverantia in gratia, impeteretur fortius, atque impediretur ad prædestinationem, & communem prædestinati cunctis perseverantiam spectat, ut ex breuisione persecutionis Antichristi postrema pro prædestinatis cunctis facienda constat: & quidem fortioris diuturniorisque pugnae amotione succumbant non pro duris, obfirmationibusque ad pugnam militibus, sed pro delicatis, mollioribus, ac debilioribus militibus provideretur: quare ad prædestinatos, non autem ad confirmatos in gratia, & contra peccatum obfirmatos, poterit spectare: si autem Dei protectionem internam intelligant, per auxiliorum interiorum immisionem uberiorem iam sunt cum Soarez proxime impugnari: denique illud de maiore gratia habitualis, siue intensiva, siue individuali perfectione impugnatur: quia Hieremias sanctior Isaia temere dicitur nullo scripturæ fundamento: ex qua patet Isaia confirmatum in gratia fuisse satis constat. Secundo nullum habitum per se infusum ad actus suos voluntatem inclinare (necum potenter impellere) sed solum eius potentiam in actu primo ad illos complere ostendimus tom. 1. de ente supernat. controuersia de supernaturalibus habitibus. Tertio saltem ad frangendas naturales passionibus ad actus rationi aduersos, & peccaminosos, quibus gratia habitualis impugnetur expugnetur nihil illos habitus, vel parum posse ex lapso Adæ, Angelorum, præsertim Luciferi, disque perfectissimorum hominum eis habitibus, & donis supernaturalibus ornatissimorum frequentibus lapsibus satis constat: quarto nullo habitu voluntatem, physicè, non solum prædeterminari, sed moueri adhuc diuinitus posse ostendimus tom. 1. de Deo vno controu. 3. d. 1. articulo 7. quinto (ut hæc omnia cessarent) gratia habitualis formale solum animi ornamentum, & perfectiū est, non autem actiue immediatè perfectiū, ex Theologorum consensu, etiam aliorum habituum supernaturalium actiūrum sit radix: in id enim solum admittitur, ut animam formaliter iustam, sanctam Deoque gratiam constituat: non ut eius potentiam actiūm ad supernaturales actus compleat adhuc, necum adigat, & inclinet: ergo maior eius perfectio, siue intensiva, siue individualis gratiorem solum Deo sanctioremque formaliter reddet prædestinatum, non autem magis actus supernaturalis, quo & peccato mortali resistatur, & gratia sanctificans conseruetur actiūm, Sexto demum cum gratia in qua quis confirmandus est maior, vel minor sit, & materia confirmationis, ac proinde mobilis de se à subiecto, in quovis gradu, & perfectione intra suam speciem habeatur: in nulla perfectione ipsius intra speciem suam potest eius confirmatio consistere.

CERTAMEN III.

De confirmatione in gratia, sententia nostra.

1. A Ssertio vnica. Confirmatio in gratia ultra donum perseverantiae, etiam diutina, & longam necessitatem perseverantiae prædestinatione inclusam, habitum supernaturalem, non omnino per se infusum, sed actibus amoris Dei super omnia adquisitum, & intensiorem eo qui pluribus diuturnis, ac repetitis

petitis intensiusque valde actibus posset adquiri, quo moralis antecedens necessitas perficiendi in gratia, & peccandi mortaliter impotentia confirmatis in gratia assertur, & inducitur: est expressa Sancti Thomæ conclusio. questione 25. de veritate, articulo 8. qui in ea morali immobilitate ad peccandum, seu mobilitate valde difficili à gratia ad peccatum confirmationem in gratia constituit. Probatur primo ex datis aliorum omnium sententiarum impugnationibus. Probatur secundo: quia confirmatio in gratia, & obfirmatio contra mortale quodvis eius destructivum habitualis esse debet, & ex quo non logica solum & consequens necessitas perseverandi, & peccandi impotentia, sed saltem moralis antecedens proveniat: at nullo alio quam præfato habitu melius ea confirmatio in gratia, & obfirmatio generalis contra quodvis peccatum mortale esse potest: ergo in eo fiat confirmatio in gratia. Minor probatur: quia obiectum formale eius habitus, & motuum actuum suæ prosecutionis amicitie Dei, siue fuge peccati ad quos voluntatem prædestinati inducit, ac movet generale est cum ad habitum gratiam, & amicitiam habitalem Dei conferendam, tum ad quodvis mortale ei adversum, in quavis materia sit fugiendum: & quamvis actus amoris Dei super omnia id habeat etiam, tamen nec per modum habitus, siue habitualiter ac permanentem de se se non habet: tum quia physicè transiens de se est, quantumvis intensus sit: quare nec per se ipsum diuturnæ pugne, & victoriæ contra mortale quodvis inferre aptum natum esse potest, nisi per habitum permanentem, & in quo permanentem, & habitualiter solummodo perseverat: ceteri autem, & actus contritionis imperfectæ de mortalibus ob generale motuum, & ipsis adquiribilis habitus, etiam habitualiter, & permanentem aduerfetur, ac proinde amissioni gratiæ per mortale quodvis, ex parte actus primi, tamen & ignobilis motuum est, quam confirmatis in gratia (scilicet ex prædestinationis sanctitate, & perfectione spirituali præstantissimos) debeat: & obfirmatio, seu confirmatio in gratia, & amicitia Dei directæ ex motivo solum amoris Dei super omnia esse potest: ceteri ex motivo solum se contententis commodum contra mortale omne attenditur gratia servetur, & se ita contentens indirectè in illa confirmetur.

2. Quod autem habitu præfato prædestinatus antecedentem moralem necessitatem permanendi in gratia, & impotentiam subinde moralem peccandi mortaliter, contra omnes quantumvis graves, diuturnas, & importunas tentationes (ut speciale perseverantiæ donum exigit) recipiat. Probatur facile: quia habitus pluribus, præsertim intensis actibus acquisitus, potenter à Deo potentiam ad similes actus impellit, ut antecedenter eam, etiam alias de se liberam, moraliter, determinet: quare, & communi estimatione agentis naturalis ad unum determinati ad instar efficiat operari: ut vulgari Proverbio. *Consuetudo est altera natura*, circumferitur, & obuiis cuius vitio assuetorum hominum comprobatur: inde illud Ioann. 5. Christi Domini ad Phariseos. *Quomodo potestis credere (doctrinæ fidei humilitatem suadente ubique, & redolente) qui gloriam (inanem, & mundi fastum) ab invicem accipitis, & gloriam, quæ à solo Deo est non queritis?* Et illud Ierem. 13. *Si mutare potest ahiops pellem suam, aut pardus varietates suas: & vos poteritis bene facere, & alia sexcenta, quibus moralem necessitatem assuetudine actionum, & habitu inde orto, & impotentiam abstinendi ab eis, agendique oppositum hominibus induci scriptura testatur: atqui habitus Amoris Dei super omnia per accidens à Deo prædestinatis huius infusus intensior est eo, quem diuturnæ actuum intensorum amoris illius, & frequenti repetitione acquirent ipsi possent, ut diximus: ergo moralem necessitatem perseverandi in gratia, ac impotentiam peccandi mortaliter prædestinatis eis facient, qua non nisi per summam fere difficultatem peccare mortaliter absolute queant: ut ad obfirmatum contra mortale animum est opus. Ne vero inde in ten-*

tationum gravium victoria confirmatis in gratia plurimum meriti minui obiciatur, ceteri non prius eis obiciatur meriti, quia ex libertate physica absolute eis obfistunt: ita enim facendum est si minimo, & quantum satis solum ad victoriam tentationis gratia sit, resistatur, ut in ea confirmatus in gratia quoniam non confirmatus meriti habeat minus: aliter nunquam à Deo minimo actu præstantissimæ sanctitatis, & perfectionis viti, quales confirmati in gratia sunt, peccatis ex charitate, & præfato habitu per accidens infuso resistunt, & in gratia perseverant, sed infirmitatibus, & perfectioribus, ad quos non physicam solum, sed moralem etiam habent licentiam.

3. Verum cum controuersia de animæ facultatibus, & tom. primo de Deo vno controuersia tertia multo auctoritatis, & rationis momento ostendimus voluntatem nulla qualitate physica non solum determinabilem physicè ex parte actus primi esse (ut contra Thomam Recentiores Dominicos Vasquez, prima parte, d. 90. & sæpè alias doctè obferunt) sed neque esse physicè mobilem, & inclinabilem: explicandum restat, quidam intensissimus illius habitus per accidens, ad ipsorum confirmationem in gratia consumentem, prædestinatis aliquibus infusi nomine intelligantur: & quidem cum citatis locis voluntatem creatam intentionaliter solum mobilem, & inclinabilem, hoc est per aliquem obiectivum, & intentionalem, siue ex parte obiecti propositionem, esse docuerimus, nil aliud in nostra, ac vera sententia esse habitus ille intensissimus, moraliter determinans ad perseverandum in gratia, & obstandum grauib, ac vehementibus tentationibus ad mortale inducentibus præter habituale dictamen rationis intensissimum esse post de Deo cunctis creatis fuisse positum, siue priusvis bonis præferendo ei simile, quod ex frequentibus, diuque repetitis Amoris Dei super omnia actibus generetur, ac permanentem perseveret. Sed quoniam dictamen illud est: nil sane aliud quam viuisissimæ speciei in memoria adseruata quæ ex repetitione, eorum actuum, & obstandum grauib, ac vehementibus tentationibus ex quibus actus illi Amoris Dei eliciuntur, proveniunt: quo solum pacto virtutis cuiusvis determinata in sanctis viris habitualiter permanent, & virtutis eius habitus inest: ex eo vero adeo intus, & viuis habituali dictamine confirmatis in gratia à Deo per accidens simul, semelque infuso adeo viuis actualia dictamina de Deo cunctis præferendo pro singulis occasionibus, & tentationibus subueniunt, ut male suade cogitationes, quantumvis vehementes, & acres motus in malum viribus moraliter, dissolvant, ac ferè physicè etiam destituantur: quo sensu (temerari non suo) Ledelma locutio verum habere: quod scilicet confirmatio in gratia prædestinatorum aliquot in via, confirmatorum in gratia Beatorum in patria sit quamvis similia: Servata minimam proportionem pro statuum diversitate: sicut enim Deo viuis iniquitatem ortum evidens clarumque de Deo cuiusque amicitia, & gratia cunctis creatis præferendo impotentiam physicam etiam peccandi Beatis inducit, ita etiam dictamen hoc confirmatorum in gratia viatorum moralem inducit peccandi impotentiam, ut videmus.

4. Inde vero explicandum facile venit specialissimum atque Augustissimum Deiparæ privilegium confirmationis ipsius non solum in gratia, & amicitia Dei absolute, ac præcisè, sed in gratia, & amicitia Dei perfectione: quam specialem confirmationem in amicitia Dei perfectione, ex qua non solum nunquam venialiter peccaverit maxime, ac perfectissima omnium Mariæ lubens, & gratulabundus concedit: cum id à Deo facile per habitualia dictamina infusa intelligi ex dictis possit, & propugnans. Huic certè nobis sententiæ fidem, licetneque deinde non exiguum Doctissimus noster Salmeron libro primo controuersarum

commentarior. in epistola Pauli parte secunda. d. 1. §. ult. qui incipit: *Vi tamen magnus Thomas*, sub suo. scribens. *Per gratiam in statu via ita potest homo bono adstringi, ut non nisi valde à seculis peccare valeat: propterea, quod ex virtutibus infusus vires inferiores reprimuntur, & voluntas in Deum fortius propendat, & ratio perfectior in contemplatione diuina veritatis: cuius contemplatio in seruu amoris proueniens hominem retrahit à peccato: quibus principium proximum, & actuale retractionis à peccato diuinam contemplationem exferuentibus amoris, actibus proueniens esse dixit, scilicet habituales, & permanentes, ut ad adhesionem hominis bono habituales de qua loquitur oportet: id quod explicari apius, quam per dictamen habituale in speciebus ex amoris feruentis actibus in memoria relictis, & aduersariis nequit: tamen Salmeron non ita plenè de habitibus natura sua acquisitis nobiscum sentiat, sed ex vulgatione tunc Schola Thomistica videtur locutus. Monet autem bene à confirmatione in gratia donum perferantia non esse excludendum, quia moralis, necessitas perficiendi in gratia, ac non peccandi mortaliter, ad confirmationem cuiusmodi necessitati physicam peccandi potentiam, absolutam non excludit, nec metaphysicam & logicam, seu consequentem impotentiam peccandi claudit: quare neque ex sola morali illa impotentia eos peccatores, & à gratia recessuros non esse, infallibile absolute non foret, si ex logica & consequente necessitate infallibilis perficiendi in gratia, & non peccandi mortaliter de facto confirmatio accederet, ut patet, & nos etiam certissime primo ex communi Theologorum mouebamus.*

CERTAMEN IV.

*De obduratione, seu induratione im-
piorum in malo, siue ad ma-
lum nostra sententia
statuitur.*

Impiorum induratio in peccato dupliciter accipi potest. Primo actiue, secundo passiuè: & actiue quidem siue, ut sui principium actiue importat certum est à Deo non esse, si secundum omnia, quæ includit sumatur (quo valde à confirmatione in gratia discordat, quæ tota tota à Deo, ut vidimus & agente, passiuè, & intendente est) sed solum passiuè à Deo est, quatenus, vel peccandi vel perseverandi in peccato logicam necessitatem includit quam sicut, & peccatum Deus nec agit, neque intendit: cum tamen obdurator passiuè sumpta, & confirmationi in gratia omnino claudit. An vero reliquum, quod induratio in peccato, continet prouenire actiue à Deo possit erit inferius videndum: passiuè vero accepta induratio in peccato, est quam impius patitur, & à qua induratus dicitur in peccato: cum autem induratio passiuè impij in peccato, in aliquo peccati genere, vel in omni genere peccati esse possit, diuisi debet in indurationem in genere aliquo peccati, & secundum quid talem, & in absolutam, & simpliciter dictam indurationem, seu quæ induratio in omni peccati genere sit: quo induratio in peccato, à confirmatione in gratia valde differt: tum enim confirmatio in gratia, & contra peccatum siue animi obfirmatione contra omne peccatum esse non possit, quia mortale quodvis, cuiusvis generis, & in quacunque materia sit gratia aduersetur, confirmatio in gratia, & obfirmatio contra peccatum mortale, quin simpliciter, & absolute talis, & contra mortalia omnia generis, & materia cuiusque confirmatio sit esse non potest: obdurator vero cordis & induratio in peccato secundum quid subditi adhuc potest in indurationem scilicet ex parte materia, seu generis peccati, in quo solum sit aliquis, ut diximus, & in indurationem

secundum quid ex parte temporis, seu durationis: quia aliquandiu durat, & tandem in statu adhuc viæ: vitæque huius induratio cessat, & cor antea in peccato induratum, & obstinatum emollescit ut à peccatis in quibus, & ad quæ induratus extiterat, abstineat, & tandem aliquando resipiscat. Denique induratio tam secundum quid alterutro modo, quam simpliciter, & absolute in ordine ad tempus totum viæ, & mortalia cuiusvis generis omnia posse adhuc respectu alio ad auxilia gratiæ à malo retrahentia, atque inducentia in bonum simpliciter & absolute talem, ac secundum quid solum indurationem in peccato cogitari: & iuxta hunc respectum ea induratio secundum quid erit, quæ aliquibus solum gratiæ auxiliis restituta de se, & natura sua sit, tamen intensius & vehementius, non autem omnibus, extraordinariis etiam, & miraculose prouidentia gratiæ sit restituta. Ea vero absolute, & simpliciter induratio in peccato eo etiam habito respectu censetur, quæ omnibus etiam extraordinariis, & miraculosis diuinæ gratiæ auxiliis restituta apta de se, natura sit. Dico autem omnibus non inclusis à Deo omnibus, ut aliqui pauculi in diuina potentia extraordinariissimi, & miraculosissimi prouidentia non clauderentur, quibus restitutus ita induratus non esset, ut eius nimis voluntas verè à Deo quo velit absolute possit, ut supremum Dei dominium in voluntatem omnem creatam (à quo nulla induratione eximitur) ut diximus seruetur: tum etiam, quia moralis impossibilitas, absoluta seu quam maxima impotentia recedendi à peccato non excluditur, ex eo, quod adeo extraordinariis auxiliis gratiæ possit superari. His prænotatis ad nostras conclusionem veniamus.

2. Dico primo: induratio in peccato reproborum propria & confirmationi prædestinatorum in gratia aduersans ultra consequentem necessitatem peccandi, & non abscedendi à peccato addit habitum intensissimum peccandi siue in aliquo peccati genere, si ex parte, & secundum quid ex parte materia, & obiecti induratio sit, siue absolute in omni genere, si sit absoluta, & simpliciter induratio: & ex quo permanenter ad peccandum diuturne si vicia suppetat diuturna, & contra vehementes, & frequentes Dei inspirationes, ac non abscedendum à peccato induratus impellatur, ac propendat: conclusio hæc ex dictis de confirmatione in gratia, & datis pro nostra sententia probationibus huc aduocatis satis probabitur: quod enim necessitas logica peccandi, & perseverandi in peccato, ad indurationem specialem, de qua loquimur satis non sit constat: quia alias reprobi omnes, qui ex vi reprobarionis eam logicam necessitatem habent, essent ex induratis in peccato, ad quos sane plerique eorum pro statu viæ non spectant: quare habitus permanens ad peccandum, ac non abscedendum à peccato ex parte actus primi addendus est ex quo permanentet, & pro quouis viæ tempore, & contra frequentes, & extraordinarias Dei vocaciones, & auxilia sit adeo ad peccandum propensus, ut moralis necessitas peccandi, & impotentia à malo recedendi ipsi permanenter inducatur: nihil enim aliud supra logicam illam peccandi, & adhaerendi mortali potest ad indurationem verosimiliter afferri, ac designari debet autem esse etiam ad diuturnam, & contra plures, frequentes, ac vehementes, & extraordinarias, ac miraculose etiam prouidentia Dei inspirationes, vocaciones resistentiam: alicui enim vehementi inspirationi: imo, & aliquibus, ac per occasiones aliquas resistere peccatæque, & peccato adherere, nec resistere aliquandiu, non solum reprobis absolute, adhuc in aliquo peccati genere, non induratis, sed prædestinatis pluribus contingit: certe induratio hæc, & ex parte, ut sic dicam formæ absolute talis, tamen ex parte materia secundum quid, quia in aliquo solum peccati genere induratio est sæpe viatoribus contingit, atque eius generis fuisse censet Pharaonis indurationem in non dimittendo populo contra vrgens Dei, tot signis, & flagellis etiam intimatum, ac demonstratum præceptum, & alias in aliis peccatorum generibus, quas scriptura alibi commemorat, atque ex authenticis, & fide dignis de aliquorum obstinatiorum perditione historis didicimus.

3. Absolutam vero, ac simpliciter profusam omnique

PPP

peccatorum